

Sabbato.

ficaciones eius: et legem eius requirant. **G**loria
Indic. aia mea dno *Visita nos do* *psal. cu.*

Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in
 secundum misericordiam eius. **Q**uis loquetur
 potentias domini: auditas faciet omnes laudes
 eius. **B**eati qui custodiunt iudicium: et faci-
 unt iustitiam in omni tempore. **M**emento
 nostri domine in bono placito populi tui: visita
 nos in salutari tuo. **A**d videndum in bo-
 nitate electorum tuorum, ad letandum in letitia
 genitricis tue: ut lauderis cum hereditate tua.
Peccavimus cum patribus nostris, iniu-
 ste egimus: iniquitatem fecimus. **P**atres
 nostri in egipto non intellexerunt mirabi-
 lia tua: non fuerunt memores multitudinis
 misericordie tue. **E**t irritaverunt ascendentes
 in mare: mare rubrum. **E**t salvavit eos
 propter nomen suum: ut notam faceret po-
 tentiam suam. **E**t increpavit mare rubrum
 et exiccatum est: et deduxit eos in abissis
 sicut in deserto. **E**t salvavit eos de ma-
 nu odientium: et redemit eos de manu in-